


19


XVII

105-


~~105-~~








419






COLLECTARIUM

Sacri Ordinis Cisterciensis.

Juxta morem Regalis Archimonasterii Sanctae Mariae de Alcobatia.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a date or signature.





COLLECTARIUM

Sacri Ordinis Cisterciensis,
In quò sequèntia continèntur.

Ordo

AD Communicandum, et ad inun-
gendum infirmum, atquè mortuum se-
peliendum.

Accesserunt etiam

Processionès in Anniversariis de-
functorum, ac Stationes in feriis se-
cundis feriabilibus: postremum què Ab-
solutio plenaria indulgentiæ in arti-
culo mortis, et Ordo Sepeliendi fa-
miliares Ordinis nri.

Secundum morem

Arceimonasterii S^{te} M^e de Alcobatia

COLLECTARIUM

1671

1671

Ad

1671

1671

1671

1671

1671

1671

1671

1671

1671

11
ORDO

AD

Cōmunicandū infirmū.



Sulsāta Campana d. ictibus,
ōmnes frātres, omnibus relictis, vē-
niunt ad Ecclesiam; et dispositis
ōmnibus juxta usum Ordinīs, qui
ministraturus est Viaticum indū-
tus amictu, et alba cum stola, sine

ma=

manipulo, et cum muceta, et pluviati
veniat ad altare portans vas, in quo
delaturus est Eucharistiam. Facta
prius genuflexione retrahat se ad pri-
mum gradum altaris, et genuflexus
triplici ductu incenset Eucharistiam;
facta que inclinatione antea, et postea
surgat: et accepto vase cum formis, am-
babus manibus, ipso, et ipsis Offertorio
coopertis pergat Minister sub palio cum
Conventu ad cellam infirmi processio-
naliter, deferentibus ministris Crucem,
Luminaria, aquam benedictam, et tru-
ribulum, et singulis fratribus cereos ac-
censos, psalantibus omnibus Hymnum

sequentem.

Hymnus.

2ⁿ

Pange Lingua gloriōsi
Corporis mysterium,
Sanguinis quē pretiōsi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generōsi
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intācta Virgine,
Et in mundo conversatus,
Sparsō verbi semine,
Sui mōras incolatus
Miro clāusit ordine.

In suprēma nocte cēna
Recumbens cum frātribus

ob=

Observata Lege plene
Cibus in legalibus,
Cibum turbae duodenae
Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit,
Lit quæ sanguis Christi, merum:
Et si sensus deficit,
Ad firmandum cor sincerum,
Sola fides sufficit.

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui,
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Præstet fides supplementum

Sensuum defectui.

Genitori, Genito que
Laus, et jubilatio,
Salus, Eonor, virtus quoque
Sit et benedictio,
Procedenti ab utroque
Compar sit Laudatio.

Amen.

Ad introitum cællæ infirmi
dicat Minister.

V. Pax huic domui.

R. Amen.

Deinde ponat vas super altare, et
aspérget infirmum, et omnes frâtres
dicant simul.

R.

Rx. Aspérge me Dómine Eyssópo,
et mundabor: Lauabis me, et super
nivem dealbabor.

V. Miserere mei Deus secundū má-
gnam misericórdiam tuam

V. Glória Patri, &c: Lauabis me, &c.

Tempore Pascuali.

V. Vidi aquam egredientem de Templo
à Latere dextro, alleluia: et omnes ad
quos pervénit aqua ista, salvi facti sūt,
et dicent: Alleluia, alleluia.

V. Glória Patri, &c. Allel. alleluia.

Minister dicat: Dñs vobiscum.

V. Et cum Spiritu tuo.

Orémus.

Ex

4.
Exaudi nos Dómine Sancte Pá-
ter, Omnipotens ætérne Deus; et mitte-
re dignâre sanctum Angelum tuum
de cælis, qui custôdiat, fôueat, prôtegat,
visitet, et defendat ómnes Habitântes
in hoc Habitáculo. Per Dóminum
nostrum Jesum Christum filium tuum,
qui tecum vivit, et regnat, &c.

Minister (factâ genusflexiône)
incénset ter Eucharistiam, et sùrgat:
intérroget què an infirmus Eabeat
aliquid reconciliatiónis, et audiâtur:
quò facto, Lauet digitos, et accipiat fór-
mam, et ténis eam inter póllicem, et in-
dicem dextræ manus super paténam,
ali-

aliquantulum eleuatam, dicat infirmo.

FRATER, (*Soror*), ecce corpus Domini nostri Jesu Christi, quod tibi deferimus; credis hoc esse illud, in quo est salus, vita, et resurrectio nostra?

Et cum toto Conventu dicat infirmus: Credo. Deinde accipit pacem à Ministro; et dicat infirmus Confessionem Generalem -

Ego peccator, confiteor Deo Omnipotenti, et beatae Mariae semper Virgini, et beato Patri nostro Benedicto,
atque

5.
atque Bernárdo, et ómnibus Sanctis,
et tibi Pater, quia peccáui nimis cogi-
tatióne, Locutióne, et ópere, mea culpa,
mea culpa, mea máxima culpa; ideó
précor te, vt absolvas me.

*Tunc
Minister cum toto Conventu dicat:*

*M*isereátur tui Omnipotens Deus,
et dimittat tibi ómnia peccáta tua, Li-
beret te ab ómni malo: conseruet, et
confirmet in ómni ópere bono, et perdū-
cat te in vitam æternam. *Rx Amen.*

Sobus Minister dicat.

*I*ndulgentiam, et remissiõnem óm-
nium

nium peccatorum tuorum per gratiam.
Sancti Spiritus tribuat tibi Omnipotens
& misericors Dominus. *R.* Amen.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit caelum, et terram.

*Deinde assumens formam super
patenam, dicat Minister infirmo :*

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit
peccata mundi. *Et cum
infirmo dicat ter :*

Domine non sum dignus ut in-
tres sub tectum meum, sed tantum dic
verbo

verbo, et sanabitur anima mea -

Deinde dans infirmo Cōmuniōnem,
dicat Minister.

Accipe, frater, (*Sōror*) Viaticum
Cōporis Dōmini nostri Jesu CEristi,
qui te custodiat ab Eoste maligno, et per-
dūcat in vitam ætērnā. *Rx.* Amen.

*Expēctet donec deglutiātur Sacra-
mētum; et ministrētur infirmo ablu-
tio; et statim dicat Minister sine Offer-
torio:*

℟. Dōminus vobiscum.

Rx. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Dñe

Dómine Sancte Páter, Omnipotens
æternæ Deus, te fidelitèr deprecâmur:
vt accipiéntis frátris nostri (**Soróris**
nostræ) sacrosanctum cõrpus Dómini
nostri Jesu Christi filii tui, tam cõrpori,
quàm ánimæ prósit ad remédium sem-
piternum. Qui tecum viuit, et régnat
in vnitâte Spiritus Sancti Deus, per
omnia sæcula sæculõrũ. **R.** Amen.

**Deinde dicat infirmo, aliud sibi
restare Sacraméntum, &c.**

**His expletis, accipiens vas cum
Sacraménto facit cum eo Signum
crúcis super infirmum, nihil dicens:
et eo ordine quo vénerat, revertâtur**
in

7.
in Ecclesiam, canendo Canticum sequentem.

Benedictus Dominus Deus
Israël: quia visitavit, et fecit redem-
ptionem plebis suae.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo
David pueri sui.

Sicut Locutus est per os Sanctorum:
qui à saeculo sunt, prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris: et de manu
omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus
nostris: et memorari testamenti sui sancti.

Ius=

Jusiurandum, quod juravit ad Abrahā.
patrem nostrum : datūrum se nobis.

Ut sine timōre, de mānu inimicōrum
nostrōrum Liberāti : serviāmus illi.

In sanctitate, et justitiā coram ipso :
ōmnibus diebus nostris.

Et tu puer, Prop̄eta Altissimi vocāberis :
præibis enim ante faciem Dōmini pa-
rāre vias ejus.

Ad dādam sciēntiam salūtis plebi
ejus : in remissiōnem peccatōrum eōrū.

Per viscera misericōrdiae Dei nostri : in
quibus visitāvit nos oriens ex alto.

Illumināre eis, qui in tēnebris, et in
umbrā mōrtis sedent : ad dirigēdos

pedes nostros in viam pacis -
Gloria Patri, et Filio, &c.

*Minister pōnit vas super corporāle,
 et dicant duo cantōres :*

V. Homo quidam fēcit cœnam magnā.

Rx. Et vocāuit multos.

*Minister accipiens vas cum Offertō-
 rio versus ad populum dicat*

Orēmus:


*Et pōnens vas super corporāle dicat
 Collectam sequentem sine Offertōrio.*

*Deus, qui nobis sub Sacramēto
 mirābili passiōnis tuæ memōriam
 reliquisti ? tribue quæsumus : itā
 nos*

nos Cörperis, et Sanguinis tui sacra-
mysteria venerari? ut redemptionis
tuae fructum in nobis percipere me-
reāmur. Qui viuis, et regnas Deus
per omnia saecula saeculorum.

Rx. Amen.

*Q*ueste genuflectit, incenset ter,
surgat, accipiat Offertorium, et clau-
dat illud in Sacrario. _____



Ordo

ORDO

AD

Inungendum infirmum

AD *Inungendum infirmum pulsêtur Signum tandiu donec vnum Pater noster dici potest. Et factò paruo intervâllo, iterum pulsêtur eadem morâ; et similiter 3. pulsêtur. Et tunc induâtur Minister*

nister super Cucullam, Stola albâ, et plu-
viali. Quo indûto, et Signo pulsato
ter, véniat Convéntus in Chórum, et pro-
cédant eo ordine, quo stant in choro: Sa-
cerdotibus sequéntibus Abbátem post crú-
cem, et Lúmen, et áquam benedictam —

Sacrista verò p̄gens in medio con-
véntus, ferens stola albam super Cucullâ,
et similiter Oleum, et stupas vel p̄annum
ad detergendum vincturam, quoties di-
citur: Per istam sanctam vinctiõnem,
Stupæ comburântur à Sacrista, quas
postea in piscinam ad hoc deputatam mi-
ttat.

Dum itur de Ecclesia ad infirmum.
dicuntur

10.
dicuntur Psalmi sequentes -
Psalm. 40.

BEátus, qui intelligit super egénum,
et páuperem : in die mala Liberábit
eum Dóminus.

Dóminus conseruet eum, et viuificet e-
um ; et beátum fáciat eum in térra :
et non trádat eum in ánimam inimi-
còrum ejus .

Dóminus opem férat illi super Lectum
dolòris ejus : vniversum strátum ejus
versásti in infirmitàte ejus -

Ego dixi Dómine miserere mei : sana
animam meam, quia peccáui tibi.

inimici

Inimici mei dixerunt mala mihi : quan-
do morietur, et peribit nomen ejus.

Et si ingrediebatur ut videret, vana loque-
batur : cor ejus congregavit iniquitatem
sibi.

Egrediebatur foras : et loquebatur in id-
ipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimi-
ci mei : adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum
me : nunquid qui dormit, non adjiciet
ut resurgat ?

Etenim homo pacis mee in quo speravi :
qui edebat panes meos, magnificavit
super me supplantationem.

Tu

Tu autem Dómine miserere mei, et re-
suscita me : et retribuam eis .

In hoc cognóvit, quóniam voluisti me :
quóniam non gaudebit inimicus meus
super me .

Me autem própter innocéntiam suscepi-
sti : et confirmásti me in conspectu tuo
in ætérnum .

Benedictus Dóminus Deus Israel à sæ-
culo, et usque in sæculum : fiat, fiat.

Gloria Patri, et Filio, &c.

Psalmus. 42 .

Iudica me Deus, et discérne cáusam
meam de gente non sancta : ab Eómi-
ne iniquo, et doloso erue me .

Quia

Quia tu es Deus fortitudo mea, quare me
repulisti : et quare tristis incedo, dum
affligit me inimicus.

Emitte Lucem tuam, et veritatem tuam :
ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in
montem sanctum tuum, et in tabernacu-
la tua.

Et introibo ad altare Dei : ad Deum, qui
Lætificat juventutem meam.

Confitebor tibi in citara Deus Deus meus :
quare tristis es anima mea, et quare con-
turbas me.

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor
illi : salutare vultus mei, et Deus meus.

Gloria Patri, et Filio, &c.

Ps. 141.

Psalmus. 141.

Voce mea ad Dóminum clamávi : vo-
ce mea ad Dóminum deprecátus sum.

Effundo in conspectu ejus oratióem me-
am : et tribulatióem méam ante ipsū
pronúntio.

In deficiendo ex me Spiritum meum : et
tu cognovisti sémitas meas.

In via hac, qua ambulábam : abscondé-
runt Sâqueum mihi.

Considerábam ad dexteram, et vidébam :
et non erat, qui cognósceret me.

Perijt fuga à me : et non est, qui requi-
rat ánimam méam.

Clamavi ad te Dómine ; dixi, tu es spes
mea.

mea : pōrtio mea in terra vivēntium .
*I*ntende ad deprecatiōnem meam : quia
Eumiliātus sum nimis .

*L*ibera me à persequētibus me : quia
confortāti sunt super me .

*E*dūc de custōdia animam meam ad con-
fitēndum nōmini tuo : me expectant
justi , donec retribuas mihi .

*G*loria Patri , et Filio , &c .

*P*erveniens ad infirmum dicat
*M*inister , aspergens aquā benedictā .

V . Pax Evie dōmni .

R . Amen . statim subsequatur .

V . Dōminus vobiscum .

R . Et cum Spiritu tuo .

Oremus :

Orémus.

Omnipotens sempitérne Deus,
 qui per beátum Jacóbum Apostolum tu-
 um indúcere presbyteros Ecclesiæ, et
 ungerere infirmos præcepisti ? præsta quæ-
 sumus : vt digneris per manus nostras
 Eunc fámulum tuum infirmum (*Eunc
 fámulam tuam infirmam*) de oleo isto
 sanctificáto ûngere, et benedicere ? et
 quod exteriùs fideliter postulantes am-
 plectimur ; Sic interiùs spirituáliter
 divina tua virtus invisibiliter operétur.
 Per Dóminum nostrum Jesú Cérístum
 filium tuum, qui tecum viuit, &c. *R.*
 Amen. *Statim dicat infirmus,
 vel*

vel astantes pro eo.

Confiteor Deo Omnipotenti, et
beatae Mariae semper Virgini, et beato
Patri nostro Benedicto, atque Bernar-
do, et omnibus sanctis, et tibi Pater,
quia peccavi nimis cogitatione, Locuti-
one, et opere, mea culpa, mea culpa, mea
maxima culpa, ideo precor te, ora pro me.

Tunc omnis Convēntus dicat.

Misereatur tui Omnipotens Deus, et
dimittat tibi omnia peccata tua, Liberet
te ab omni malo, conservet, et confirmet
in omni opere bono, et perducatur te ad
vitam aeternam.

Rz. Amen.
si abbas

Si Abbas fuerit praesens, dicat

Dominus noster Jesus Christus, qui dixit discipulis suis, quaecumque Ligaveritis super terram, erunt Ligata et in caelis; et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelis: de quorum numero, quamvis indignos nos esse voluit: ipse te absolvat per ministerium nostrum ab omnibus peccatis tuis, quaecumque cogitatione, operatione, negligenter egisti: atque a nexibus peccatorum absolutum, perducere dignetur ad regna caelorum. Qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivit, et regnat Deus, per omnia saecula saeculorum. *R. Amē.*

Si Abbas defuerit, dicat Minister.

Indulgentiam, absolutiōnem, et remissionem peccatorum tuorum, per gratiam Sancti Spiritus tribuat tibi Omnipotens, et misericors Dñs. *R.* Amen.

Deinde offerat ei Crucem ad osculandum: quā osculatā inungat infirmum in septem locis, intincto pollice in oleo, liniendo oculos in formam crucis, et dicendo:

Per istam **+** sanctam vñtionem, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid peccasti per visum. *R.* Amen — — —

Qua oratio repetenda est cum inunguntur

guntur cætera Loca, scilicet :

In auribus. Per auditum.

In naribus. Per odoratum.

In ore. — Per gustum.

In manibus. Per tactum.

In Lumbis. Per ardorem Libidinis.

In pedibus. Per incessum pedum.

Manus, et pedes desuper inungantur. Vnctione factâ, Conventus dicat psalmum sequentem.

Ps. 102.

Benedic anima mea Dōmino : et omnia, quæ intra me sunt nōmini sancto eius.

Benedic anima mea Dōmino : et noli obli-

oblivisci omnes retributiones ejus.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus
tuis : qui sanat omnes infirmitates tu-
as.

Qui redimit de interitu vitam tuam : qui
coronat te in misericordia, et miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum : re-
novabitur, ut aquilæ, juventus tua.

Faciens misericordias Dñs, et iudicium :
omnibus injuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moysi : filiis Israël
voluntates suas.

Miserator, et misericors Dñs : Longani-
mis, et multum misericors.

Non in perpetuum irascetur : neque in
æternū

æternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis : neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis -

Quoniam secundum altitudinem cæli à terra : corroboravit misericordiam suam super timentes se .

Qantum distat Ortus ab Occidente : Longè fecit à nobis iniquitates nostras .

Quomodo miseretur pater filiorum ; miserus est Dñs timētibus se : quoniam ipse cognovit figmentum nostrum -

Recordatus est, quoniam pulvis sumus ; Homo, sicut fœnum dies ejus : tanquã flos agri sic efflorēbit .

Quoniam

Quoniam Spiritus pertransibit in illo,
et non subsistet: et non cognoscet am-
plius Locum suum.

Misericordia autem Domini ab aeterno,
et usque in aeternum: super timentes eum.

Et iustitia illius in filios filiorum: Eis
qui servant testamentum eius. —

Et memores sunt mandatorum ipsius:
ad faciendum ea.

Dominus in caelo paravit sedem suam:
et regnum ipsius omnibus dominabitur.

Benedicite Domino omnes Angeli eius,
potentes virtute: facientes verbum
illius, ad audiendam vocem sermo-
num eius. —

Bene-

*Benedicite Dómino ómnes virtútes ej⁹:
 ministri ejus, qui faciunt voluntátem ejus.*

*Benedicite Dómino ómnia ópera ejus :
 in ómni loco dominatiónis ejus, bene-
 dic anima mea Dómino.*

Gloria Patri, et Filio, &c.

Dicant ómnes.

Kyrie eleyson. Xp̄e eleyson. Kyrie eleyso.

Pater noster ?

N. Et ne nos inducas in tentatiónem ?

R. Sed Libera nos à malo.

*N. Osténde nobis Dñe misericórdiam
 tuam ?*

R. Et salutáre tuum da nobis.

*N. Salvum fac sérvum tuum ? (Saluam
 fac*

fac ancilam tuam ?)

R. Deus meus sperantem in te ?

V. Mitte ei Dñe auxilium de Scto ?

R. Et de Syon tuere eum ? (*eam ?*)

V. Nil proficiat inimicus in eo ? (*ea ?*)

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei ?

V. Esto ei Dñe turris fortitudinis ?

R. A facie inimici ?

V. Dominus vobiscum ?

R. Et cum spiritu tuo .

ORêmus Dóminum nostrum Jesum Christum, fratres, et cum omni supplicatiône rogêmus ? vt Eunc famulum

mulum suum, (*fámulam suam,*) per
 Angelum suum sanctum visitâre, læ-
 tificâre, et confortâre dignêtur. Qui
 vivit, et régnat Deus, per ómnia sæcu-
 la sæculórum. *Rx. Amen.*

PROPICIETUR Dóminus cunctis ini-
 quitâtibus Eujus infirmi? (*infirmæ?*)
 rédimat què de intèritu perpétuæ mór-
 tis vitam ejus; et corróboret, et sâtiet
 in bonis ómnibus desidérium ejus.
 Qui vivit, et régnat Deus, per ómnia
 sæcula sæculórum. *Rx. Amen.*

DA vëniam Dómine fámulo tuo,
fá-

(*fámula tua,*) et clemēter Libera ab
ægritudīne cōporis Laborāntem, et cūm
à tuā justitiā cōrrigis dēvium, (*dēviam*)
cēleri defende miseratione cōrrēctum,
(*cōrrēctam.*) Per Christum Dōminum
nostrum. *IX.* Amen.

Benedicat te Deus Pater ? sā-
net te Dei filius ? illūminet te Spi-
ritus Sāctus ? custōdiat cōpus tū-
um, ānimam tuam sālvēt ? cor tū-
um irrādiēt ? sēnsū tūum dirigat ?
et ad supērnā vitam te perdūcat :
Qui in Trinitāte perfectā vivit, et
rēgnat Deus, per omnia sēcūla sēcū-
lōrum

Cōrum.

Rx

Amen.

19.

Benedicat te Deus cæli ? adju-
vet te Christus filius Dei ? cōpus
tuum in suo sancto servitio custodiri,
et conservâri fâciat ? mentem tuam
illûminet ? sēsum suum dirigat ?
grâtiâ tuam ad profectum animæ
tuæ in te augeat ? ab ômni malo te
liberet ? dextera sua te defendat,
qui sanctos suos semper adjuvat, ipse
te adjuvâre, et conservâre dignêtur.

Per ômnia sæcula sæculôrum - *Rx*

Amen — —

Benedicat te Deus Pater, qui in
prim-

principio cuncta creauit ex nihilo ?
Benedicat te Dei filius, qui de super-
nis sedibus Salvator descendit ? Be-
nedicat te Spiritus Sanctus, qui in si-
militudine columbae in flumine Jor-
dani requieuit in Christo ? ipse te in
Trinitate sanctificet, quem omnes gen-
tes venturum expectant ad iudicium.
Qui vivit, et regnat Deus, per omnia
saecula saeculorum. *Rx.* Amen.

*Quibus expletis omnes exe-
ant, nil dicentes —*



Ordo .


ORDO

Sepeliendi
defunctum.


EGrēssā frātris animā, cum Cru-
ce, Lumine, aquā benedictā, et tū-
ribulo pōsitis frātribus circa Lē-
ctum quasi in duos cōros diuisis;
Abbate ad imum Lēcti stante cū
Stolā nigrā, et pluviāli collo impō-
sitā: frātres habentes cēros in
ma-

mānibus accēnsos dicant séquens.

Responsōrium. _____



Subvenite.



Subve nite sancti Dei,



occûr ri te




Ange li Dómi ni




susci pi éntes ánimam é =




jus: **O**ffe réntes e =




am in conspé etu al =




tissi mi. *X.* **Sus** =



cipiat é am Céri =




stus qui vo cá uit, et in



sinum A braeæ Ange =



li de dû cant. Offerentes



Kyriè eleyson. **Xp̄e** eleyson.



Kyriè e leyson -

Minister

aspèrgens corpus, dicat altâ voce :

Q̄ater noster ? Et nè nos, &c.

X. A p̄orta inferi ?

R. Erue D̄omine animam ejus ?

X.

N. Dóminus vobiscum ?

R. Et cum Spiritu tuo.

Orémus ?

Tibi Dómine cōmendāmus áni-
mam fámuli tui ? (*fámulae tuae ?*)
vt defunctus (*defuncta*) saeculo, tibi
viuat : et quae per fragilitatem mun-
dāe conversatiōnis peccata admisit ?
tu vénia misericordissimae pietatis
abstérge. Per Dóminum nostrum
Iesum Christum filium tuum ? qui
tecum vivit, et régnat, &c. *R. Amen.*

N. Dóminus vobiscum ?

R. Et cum Spiritu tuo.

N.

V. Réquiem æternam dona ei Dñe?

R. Et Lux perpétua Lúceat ei.

V. Requiēscat in p̄ce. dicant cantóres.

R. Amen.

Post istam Oratióem deferátur mortuus ad Lauándum; et incipiátur mox sine cántu Psalterium, scilicet: Beátus vir, &c. et terminétur cum Réquiem æternam. Post Lauatióem córporis, et pósito illo in infirmatório, et antequám efferátur ad sepultúram, fratribus astántibus ante fèretrum cum Cruce, Lumine, t̄uribulo, et aquâ benedictâ, et Minister indúctus stolâ nigrâ, et pluviáli super Cucúllam
dicat

*Dicat in cantu Sectionum sequentes
collectas sine Oremus —*

DEus pietatis, et bonitatis invictæ, et sempiternæ clementiæ, te suppliciter postulamus : ut animam famuli tui, (*famulæ tuæ,*) quam de eius sæculi ærumnosa peregrinatione præcepisti vocari ? univèrsa delictorum remissionè concessâ, in Abrahe grémio jubeas collocari . Obsecramus ergò piissime Pater : ut quem, (*quam,*) Unigéniti tui cruor redēmit effusus ? non sinatur vermibus vorari perpétuis : sed Angelici agminis
de-

deductiōne protēctus, (*protēcta,*) pa-
 radisi tui potiātur suavitate secūrus?
 (*secūra?*) et inter victricum turmarū
 triumphales catēvas coronātus, (*coro-
 nata,*) incēdat? à dextris filij tui
 retributiōnem receptūrus, (*receptūra,*)
 assistat: et sanctorū tuorū felici
 consortio deputātus, (*deputata*) rē-
 gnum cœlēste possideat. Per eūndem
 Christum Dōminum n̄rm. *Rx.* Amen

Diri vūlneris nouitate percūsi, et
 quodāmodo cōrdibus sauciāti? mi-
 sericōrdiam tuam mundi Redēptor
 fleuilibus vōcibus implorāmus: Vt
 c̄ari


cæari nostri (*cæaræ nostræ*) animam,
ad tuam cleméntiam, qui fons pietâ-
tis es, reverténtem, blandè Lenitèr què
suscipias ? et si quas illa ex carnali
contagiõne contraxit máculas : tu De-
us inólita bonitáte clementèr déleas ?
pie indúlgeas ? obliuioni in perpétu-
um trádas : atquè eándem tibi Lau-
dem cum cæteris redditûram ; et ad
cõrpus quandòque reversûram, Sanctõrû
tuõrum cætibus aggregâri præcipias. Qui
cum Pâtre, et Spiritu Sancto viuis, et
régnas Deus : per ómnia sæcula sæcu-
lõrum - *Ry.* Amen.

Misericórdiam tuam, Dómine sancte
Pater

Pater Omnipotens, æternæ Deus, pietatis
 affectu rogare pro aliis cogimur, qui
 pro nostris supplicare peccatis nequâquam
 sufficimus ? tamen de tua confisi gra-
 tuita pietate, et inólita benignitate,
 clementiam tuam depóscimus : ut ani-
 mam famuli tui, (*Famula tua*) ad te
 revertentem cum pietate suscipias.

Adsit ei Angelus testamenti tui Micha-
 el : et per manus sanctórum Angelórum
 tuórum inter sanctos, et electos tuos in
 sinibus Abraha, Isaac, et Jacob Patri-
 arcárum tuórum, eam collocare dignè-
 ris ? quatenus Liberata de principibus
 tenebrárum, et de Locis pœnárum, nullis
 iam

iã primæ nativitãtis, vel ignorãtiæ, aut
propriæ iniquitãtis, seu fragilitãtis con-
fundãtur errõribus ? sed potiùs agnos-
cãtur à tuis : et sanctæ beatitudinis
rèquie perfruãtur ? atquæ cùm magni
judiciij dies advenerit, inter sanctos, et
electos tuos resuscitãtus, (*resuscitãta*)
gloria manifestatæ contemplatiõnis tuæ,
perpetuò saciètur. Per Christum Dõ-
minum nostrum. *Rx.* Amen.

 **M**nipotens sempiternè Deus,
qui Humãno cõrpori animam ad simi-
litudinem tuam inspirãre dignãtus es ;
dum te iubente pulvis in pulverem re-
vertitur

vèrtitur ? tu imàginem tuam cū Sãn-
 ctis, et electis tuis, ætèrnis sèdibus præ-
 cipias sociâri : eam què ad te revertèn-
 tem de Ægypti pàrtibus blandè, Le-
 nitèr què suscipias ? et Angelos tuos
 sanctos ei obuiam mittas : viam què
 illi justitiæ demônstra, et pòrtas glòria
 tuæ àperi. Repèlle quæsumus ab
 ea omnes principes tenebràrum, et
 agnósce depòsitum fidele, quod tuum
 est. Suscipe, Dñe, creatûram istam,
 non ex dijs aliènis creatam ? sed à
 te solo Deo viuo, et vero : quia nō est
 alijs Deus præter te Dòmine, et nō est
 secundum ópera tua. Latifica cle-
 men-

mentissime Deus animam famuli tui ?
(*famulae tuae* ?) et clarifica eam in
multitudine misericordiae tuae. Ne
memineris, quæsumus, iniquitatum
ejus antiquarum, et ebrietatum, quas
suscitavit furor mali desiderii ? Licet
enim peccaverit, tamen te non negavit:
sed signo fidei insignitus ? (*insignita* ?)
te qui omnia, et eum, (*eam*) inter omnia
fecisti, fideliter adoravit. Qui vivis,
et regnas Deus, per omnia secula sæ-
culorum. *De.* Amen.

SUscipe Domine animam serui
tui, (*ancilla tuae*), quam de ergastulo
Eujua

Eius sæculi vocare dignatus est : et Li-
bera eam de principibus tenebrarum ,
et de Locis pœnarum, vt absolūta vin-
culo omnium peccatorum, quietis, ac
Lūcis æternæ beatitudinē perfruatur ?
et inter sanctos, et electos tuos, in Re-
surrectiōnis glōria resuscitari mereā-
tur. Per Xp̄m Dñm nr̄m. *R. Amē.*

PArtem beatae resurrectiōnis obti-
neat ? vitam quæ æternam habere
mereatur in cœlis. Per te Jesu Xp̄e
Saluator mundi : qui vivis, et régnas
Deus, per omnia sæcula sæculōrum.

R. Amen.

Mi-

Minister accipit aspersorium, et as-
pergit corpus aquâ benedictâ circumiens
fere trum ter, in qualibet parte fere tri -

Deindè accipiens thuribulum simi-
liter incensat ter corpus in circuitu fe-
re tri : quod ita facit dicto Pater noster,
modo sequenti,

Pater noster ? aspergens, et thurifi-
cans, et postea : Et nē nos, &c. ?

N. A porta inferi ?

R. Erue Dñe animam ejus ?

N. Nihil proficiat inimicus in eo ? (ea ?)

R. Et filius iniquitatis non apponat
nocere ei ?

Dñs

R. Dóminus vobiscum ?

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus ?

DEus cui soli cōpetit medicinam
præstare post mórtem ? tribue quæ=
sumus : vt ánima fámuli tui (**N**)

(fámulæ tuæ, **N**) terrénis exúta con=
tagiis, in tuæ redemptiōnis pârte nu=
meretur. Per Dñm nrm Iesum
Xp̄m filium tuum ? qui tecum vinit,
et régnat, &c.

R. Amen.

*Tunc defferatur cōpus ad Eccle=
siam processionalitèr, incōante Cantò=
re R. Libera me Dñe cum suis tribus
versiculis, ordine sequenti.*

R.

Resp.

L i be ra me Dó mi =


ne, de mór te ætér =

nâ in die illa tre =

mên da: Quando cæ =

li mo uéndi sūt, et

terra:



tērra: **D**ūm vē ne =




ris judi cā re sã =



culum per ig =



nem - **XI. D** i es



illa, di es i rã, calamitatū




tâtis, et mi seri a, dies má=




gra et a mára val de.



Quando. *X.* Rémens




factus sum ego, et ti me=



o, dùm discûssi o véne=


rit,



rit, at què ven tù ra i =




ra. **Dum.** **Q**uid e go




misér ri mus, quid di cam, vel



quid fá ci am, dum nil bõ =



ni pèrferam ánte tãn tum
judicem



ju di cem. *R.* Li be ra

Cum fuerit in Ecclesia, deponatur corpus in medio Chori; et dicat Minister altè, aspèrgens corpus, sed non circumiens fèretum.

Later noster? aspèrgat. Et nè nos, &c

V. A pòrta inferi?

R. Erue Dòmine ànimam ejus.?

V. Dòminus vobiscum?

R. Et cum Spiritu tuo.

Orèmus?

*C*òmendàmus tibi Dñe ànimam

serui

sérui tui ? (N.) ancilla tua. N. ? pre-
 câmur què vt propter quem, (iam) ad
 térras tuâ pietâte descenderas : Pa-
 triarcârûm tuôrum sinibus insinuâri
 non rénuas ? Salvâtor mûndi : qui vi-
 uis, et régnas Deus, per ômnia sæcula
 sæculôrum. *R.* Amen.

¶ *Quibus perâctis Missa dicâtur,
 (si fuerit manè,) et post reincipiant
 frâtres Psaltérium à psalmo, in quo in
 infirmatôrio terminâtum fuerat. — —*

¶ *Post Missam, antequàm efferâtur
 còrpus ad sepulcèrum, frâtribus ante
 fèretrum astântibus cum Crûce, Lûmi-
 ne, tæuribulo, et aquâ benedictâ : minis-*

ter indûtus stolâ nigrâ, et pluviâli dicat hanc orationem in cantu Lectiõnum sine Orémus.


Non intres in iudicium cum seruo tuo (*ancilla tua*) Dõmine ? quoniam nullus apud te justificabitur homo : nisi per te omnium peccatorum tribuatur remissio. Non ergo eum (*eam*) tua, quæsumus Dõmine, iudicialis sententia præmat ? quem (*quam*) tibi vera supplicatio fidei christiã commendat : sed grãtia tua illi succurrẽte mereatur evadere iudicium vltionis ? qui (*quæ*) dum ad-
viveret

viueret insignitus (*insignita*) est sig-
náculo sanctæ Trinitatis. — Per eum
qui venturus est in Spiritu Sancto ju-
dicare viuos, et môrtuos, et sæculū per
ignem. — *R.* Amen.


*Hic tēurificētur cōrpus à Ministro
circumiēnte fēretum ter, in quālibet pā-
te ipsius fēreti —*

R.

S



Ubve nite sãncti Dẽ =



i,


occũr ri te

Angeli




Ange li Dómi ni, susci

piéntes




ánimam é jus: **O**ffe rén-



tes é am in conspé Etu




al tis si mi. **X.**




Suscipiat é am


Xp̄us



Christus, qui vocavit, et




in sinum Abrahae Angel-



li de dū - cant.



Kyrie eley son. Xp̄e eley son.



Kyrie eley son. Pater

*Pater noster? Minister aspérget non.
circumiens fêretrum. Et nè nos? si-
ne Oremus.*


DEus cui omnia vivunt, et cui nõ
pèreunt moriêdo cõpora nostra, sed
mutântur in mèlius? te sùpplices
deprecâmur: vt quidquid anima fã-
mulæ tui (*fãmula tua*) vitiõrum, tuã
què voluntãti contrãrium, fallente
diabulo, et propriã iniquitãte, atq; fra-
gilitãte contrãxit? tu pius, et misericors
abluas indulgêdo: eamquè sùscipi jũ-
beas per mãnus sanctõrum Archangelõrũ
tuõrum deducendam in sinibus patriar-
cãrum

clarum tuorum, Abraham scilicet a-
 mici tui ? et Isaac electi tui ? atque
 Jacob dilecti tui : quo aufugit dolor,
 et tristitia atque suspirium ? fideli-
 um quoque animae felici iocunditate
 Laetantur : et in nouissimo magni
 iudicii die, inter sanctos, et electos
 tuos eam facias perpetuae gloriae per-
 cipere portionem, quam oculus non
 vidit, nec auris audivit ? et in cor
 hominis non ascendit : quae prepara-
 sti diligentibus te. Per eum, qui
 venturus est in Spiritu Sancto iudi-
 care vivos, et mortuos, et saeculum per
 ignem.


Rx. Amen.

Hic


Hic t̄urificētur cōrpus à Ministro
circumiente f̄ertrum ter, in quâlibet
p̄arte ipsius f̄ertri - // R̄.




M Emēto me i




De us, quia vētus est



vita me a:



Nec aspi ci et me vi=
sus



Kyrie e leyson .

Later noster ? *Minister aspér gat*
non circumiens fèietrum . Et nè nos ?
sine Orémus .


FAc, quæsumus Dómine, Eanc cum
seruo tuo (*ancilla tua*) misericórdi-
am ? vt factórum suórum in pænis
non recipiat vicem, qui (*quæ*) tuam
in vótis ténuit voluntâtem : et sicut
Eic eum (*eam*) vera fides júnxit fi-
délium túrmis ? ita eum (*eam*) illic
tua

tua miseratio societ Angelicis choris.
Per eum, qui venturus est in Spu Sano
Etto judicare vivos, et mortuos, et saeculum
per ignem.


R. Amen.

*Hic transfiguratur corpus a Ministro
circumstante feretrum ter, in qualibet
parte ipsius feretri.*

R. **L** Ibe=




ra me Do mi ne de




vi is infer ni:


Qui



Qui portas aere as con=




fre gi sti, et vi si ta=




sti infér num




et dedisti e is Lu men, vt




vidé rent te qui erant
in




in pa nis te ne =




bra rum. ✕. **C** Lamán =



tes, et di cén tes: adve ni =



sti Redemptor nó ster.



Qui portas æ re as
Kyriè



Kyrie eley son. Xpe eley son.



Kyrie eleyson.

*Patet noster? Minister aspérget, et incénset, vel t'urificet circumiens fe-
returum, et státim dicat: Et nè nos?*

V. Réquiem etérnam dona ei Dñe?

R. Et Lux perpétua Lúceat ei?

V. Dóminus vobiscum?

R. Et cum Spiritu tuo.

Orémus?

Annue

Annue nobis Dómine : Ut
 ánima famuli tui (*fámu-*
la tua) remissiônem, quam semper
 optávit, mereátur percipere peccatô-
 rum. Per Dóminum nostrū Jesum
 Xp̄um filium tuum ? qui tecum vi-
 vit, et régnat in vnitâte Spiritus Scti
 Deus : per ómnia sácula sæculórum.

R. Amen.

Incipiat Cántor Antiphonam Córpus,
&c. Tunc éxeant ómnes frâtres, et de-
ferántur còrpus ad Sepulchrum psal-
lentes psálmos sequentes; et Minister
Légat Oratiónes scilicet Dix recordati-
ónis, pòsitas ad folia 64.

Ant

Mōntes exultāstis, sicut arietes : et collēs
sicut āgni ovium .

A fācie Dōmini mōta est terra : à facie
Dei Jacōb .

Qui convērtit pētram in stāgnia aquārū :
et rūpem in fōntes aquārū .

Non nobis Dōmine, nō nobis : sed nōmi-
ni tuo da glōriam .

Super misericōrdia tua, et veritāte tua :
nequādo dicant gēntes; vbi est Deus
eōrum ?

Deus autē nōster in cælo : ōmnia, quæ-
cumque vōluit fēcit .

Simulācra gēntium argētū, et aurum :
ōpera mānuum hōminum .

Os habent, et non loquentur : oculos.
habent, et non videbunt.

Aures habent, et non audient : nares
habent, et non odorabunt.

Manus habent, et non palpabunt ? pe-
des habent, et non ambulabunt : non
clamabunt in guttore suo.

Similes illis fiant, qui faciunt ea : et
omnes, qui confidunt in eis.

Domus Israel speravit in Domino : ad-
jutor eorum, et protector eorum est.

Domus Aaron speravit in Domino : ad-
jutor eorum, et protector eorum est.

Qui timent Dñm, speraverunt in Dño :
adjutor eorum, et protector eorum est.

Dominus memor fuit nostri : et benedixit nobis.

Benedixit domui Israël : benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus, qui timent Dominum : pusillis cum maioribus.

Adiciat Dominus super vos : super vos, et super filios vestros.

Benedicti vos à Domino : qui fecit cælum, et terram.

Cælum cæli Domino : terram autem dedit filiis hominum.

Non mortui Laudabunt te Dne : neque omnes, qui descendunt in infernum.

Sed nos, qui vivimus, benedicimus Dño :
ex

ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Ps. 117.

Confitemini Dño quoniam bonus:
quoniam in sæculum misericordia ej?

Dicat nunc Israël quoniam bonus: quoniam
in sæculum misericordia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: quoniam
in sæculum misericordia ejus.

Dicant nunc qui timent Dñm: quonia
in sæculum misericordia ejus.

De tribulatione invocavi Dñm: et ex-
audivit me in Latitudine Dominus.

Dominus mihi adjutor: non timebo
quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adjutor: et ego despici-
am

am inimicos meos.

Bonum est confidere in Dōmino : quā
confidere in hōmine .

Bonum est sperāre in Dōmino : quā
sperāre in principibus .

Omnes gētes circuiērunt me : et in
nōmine Dñi quia vltus sum in eos .

Circumdāntes circumdedērunt me : et
in nōmine Dñi quia vltus sum in eos .

Circumdedērunt me sicut āpes ? et ex-
arsērunt sicut ignis in spinis : et in
nōmine Dñi quia vltus sum in eos .

Impulsus eversus sum vt cāderem : et
Dōminus suscepit me .

Fortitūdo mea, et Lāus mea Dōminus :
et

et factus est mihi in salutem.

Vox exultationis, et salutis : in tabernaculis justorum.

Dextera Domini fecit virtutem : dextera Domini exaltavit me : dextera Domini fecit virtutem.

Non moriar, sed vivam : et narrabo opera Domini.

Castigans castigavit me Dominus : et morti non tradidit me.

Aperite mihi portas justitiae, ingressus in eas confitebor Domino : haec porta Domini; justi intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me : et factus es mihi in salutem.

Lapidem

Lāpidem, quem reprobavērunt ædificān-
tes : Sic factus est in cāput ānguli.

A Dōmino factum est istud : et est mi-
rābile in oculis nōstris.

Hæc est dies, quam fecit Dñs : exultē-
mus, et Lætēmur in ea.

O Dñe, salvum me fac, o Dñe bene pros-
perāre : benedict. qui vēnit in nōe Dñi.

Benediximus vobis de dōmo Dōmini :
Deus Dōminus, et illūxit nōbis.

Constitūite diem solēmnem in condēn-
sis : vsque ad cōrnu Altāris.

Deus meus es tu, et confitebor tibi : Deus
meus es tu, et exaltābo te.

Confitēbor tibi quōniam exaudisti me :
et

et factus es mihi in salutem.

Confitemini Dño quóniam bonus : quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Ps. 41.

Quemádmódum desiderat cèrvus ad fontes aquárum : ita desiderat ánima mea ad te Deus.

Sitivit ánima mea ad Deum fortem, vivum : quando veniam, et apparebo ante faciém Dei ?

Fuerunt mihi Lácrymæ meæ pães die, ac nocte : dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus ?

Hæc recordátus sum, et effúdi in me ánimam meam : quóniam transibo in Locum

cum

cum tabernaculi admirabilis, vsquè ad
dòmum Dei.

In vóce exultatiónis, et confessiônis :
sónus epulántis.

Quàre tristis es ánima mea : et quàre
contúrbas me ?

Spéra in Deo, quóniam adhuc confité-
bor illi : salutàre vult? mei, et De? me?

Ad me ipsum ánima mea conturbâta
est : proptérea mémor ero tui de térra
Jordânis, et Hermónijm à môte modico.

Abyssus abyssum invocat : in voce ca-
taraçtarum tuârum.

Omnia excelsa tua, et fluctus tui : sú-
per me transiérunt.

In

In die mandavit Dñs misericórdiam
suam : et nocte cānticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ : dicam
Deo, susceptor meus es.

Quare oblitus es mei ? et quare contristatus
incêdo : dum affligit me inimicus ?

Dum confringuntur ossa mea, exprobra-
verunt mihi : qui tribulant me inimi-
ci mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies ; ubi
est Deus tuus ? quare tristis es anima
mea ? et quare conturbas me ?

Spera in Deo, quoniam adhuc confite-
bor illi : salutare vultus mei, & De.º me.

Ps. 131.

Meménto

Memento Dñe David : et ómnis
mansuetúdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino : vótum vóvit Deo
Jacob.

Si introiero in tabernáculum dómus meæ :
si ascéndero in Lectum stráti mei.

Si dédero sómnum óculis meis : et pálpe-
bris meis dormitatiónem.

Et réquiem tempóribus meis, donéc invé-
niam Locum Dñi : tabernáculū Deo Jacob.

Ecce audivimus eam in Eperáta : in-
vénimus eam in cámpis silvæ.

Introibimus in tabernáculum ejus : ado-
rábimus in loco, vbi steterunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem tuam : tu, et

arca sanctificatiōnis tuæ.

Sacerdōtes tui induāntur justitiam : et
sancti tui exultent.

Propter David seruum tuum : non auer-
tas faciē Crīsti tui.

Suravit Dñs David veritatem, et nō fru-
strabitur eam : de fructu vētris tui pō-
nam super sedem tuam.

Si custodierint filij tui testamētū meum :
et testimōnia mea hæc, quæ docebo eos.

Et filij eōrum vsque in sæculum : sedē-
bunt super sedem tuam.

Quōniam elegit Dōminus Sion : elegit
eam in habitatiōnem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi : Sic
Sabi-

habitabo, quoniam elegeram eam.

Viduam ejus benedicens benedicam :
 pauperes ejus saturabo panibus.

Sacerdotes ejus induam salutari : et
 sancti ejus exultatione exultabunt.

Illic perducam cornu David : paravi
 lucernam Christo meo.

Inimicos ejus induam confusione : su-
 per ipsum autem effloreat sanctificatio
 mea.

Ps. 138.
 Domine probasti me, et cogno-
 visti me : tu cognovisti sessionem me-
 am, et resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longe:
 se=

sémitam méam, et funiculum méum
investigásti .

Et ómnes vias meas prævidisti : quia nõ
est sérmo in Lingua mea .

Ecce Dñe tu cognovisti ómnia nouissi-
ma, et antiqua : tu formásti me , et
posuisti super me mánum tuam .

Mirabilis facta est sciéntia tua ex me :
confortata est, et non pótero ad eam .

Quo ibo à Spiritu tuo : et quo à facie
tua fugiam ?

Si ascéndero in cælum, tu illic es : si
descéndero in infernum ádes .

Si sumpsero pennis meas dilúculo : et
Eabitávero in extrémis máris .

Etenim

Et enim illuc manus tua deducet me :
et tenebit me dextera tua.

Diuisio.

Et dixi? forsitan tenebrae conculcabit me : et nox illuminatio mea in deliciis meis.

Quia tenebrae non obscurabuntur a te,
et nox sicut dies illuminabitur : sicut
tenebrae ejus, ita et Lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos : suscepisti
me de utero matris meae.

Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es : mirabilia opera tua, et anima mea cognoscat nimis.

Non est occultatum os meum a te, quod
fecisti

fecisti in occulto : et substantia mea in
inferiõribus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi mei;
et in Libro tuo omnes scribentur : dies
formabuntur, et nemo in eis.

Misi autem nimis honorificati sunt amici
mei, Deus : nimis confortatus est prin-
cipatus eorum.

Dinumerabo eos, et super arenam multi-
plicabuntur : exurrexi, et adhuc sum
tecum.

Si occideris Deus peccatores : viri sangui-
num declinate à me.

Quia dicitis in cogitatione : accipient
in vanitate civitates tuas.

Nonnè qui odèrunt te Dòmine, óderam:
et super inimicos tuos tabescébam ?

Perfecto odio óderam illos : et inimici
facti sunt mihi .

Proba me Deus, et scito cor meum : intèr-
roga me, et cognósce sémitas meas.

Et vide, si via iniquitátis in me est : et
deduc me in via æterna .

Ps. 140.

Domine clamáui ad te, exáudi me:
intènde vóci meæ, cū clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea, sicut incensum, in
conspéctu tuo : elevátio mánuum me-
ârum sacrificium vespertinum .

Dóne Dòmine custòdiam ori meo : et ós-
tium

tium circūstāntiæ Lābiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ:
ad excusādas excusatiōnes in peccātis.

Cum hominibus operantibus iniquitatē:
et non cōmunicābo cum electis eōrum.

Corripiet me justus in misericordia, et
increpabit me: oleum autem peccatō-
ris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc et oratio mea in bene-
placitis eōrum: absorpti sunt juncti
pētræ iudices eōrum.

Audient verba mea, quoniam potuerunt:
sicut crassitudo terræ erūpta est super
tērram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infēr-
num

num? quia ad te Dómine, Dñe óculi
mei: in te sperávi, non áuferas ánimam
meam.

Custodi me à laqueo, quem statuérunt mi-
hi: et à scandalis operántium iniqui-
tátem.

Cádent in retiáculo ejus peccatóres: sin-
gularitèr sum ego donèc tránseam.

Ps. 141.

Voce mea ad Dóminum clamávi:
voce mea ad Dñm deprecátus sum.

Effundo in conspectu ejus oratióem
meám: et tribulatióem meám ante
ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spiritum meúm:
et

et tu cognovisti sēmitas meas.

In via hac, qua ambulābam abscondērūt
Lāqueum mihi.

Considerābam ad dēxteram, et vidēbam:
et non erat, qui cognósceret me.

Perit fuga à me: et non est, qui requi-
rat ānimam meam.

Clamāui ad te Dñe? dixi, tu es spes
mea: pōrtio mea in terra vivētiū.

Intēnde ad deprecatiōnem meam: quia
Eumiliātus sum nimis.

Libera me à persequētibz me: quia
confortāti sunt super me.

Educ de custōdia ānimam meam ad
confitēdum nōmini tuo: me expē-
tant

Etant justi, donèc retribuas mihi.


Requiem aeternam dona ei Domine:
et Lux perpetua luceat ei.

aña.


C




Horus Angelorum



te suscipiat, et in sinu




Abrahe ibi te collocet,



ut cum Lazaro quondam paupere.

e.




& tēnam eā beas requiem.


2. aña




C Lemēn tissi me Do =



mi ne, qui pro nōstra mi sé =




ri a, ab im pi ō rum




mānibus mōr tis suppli ci um
per =




per tu listi: Libera ani-




mam e jus de inferni vo-




ra gi ne, et de ministris




tarta re is mi se ra-




tor ab solve; et cuncta e jus
pec=




peccá ta o blivi ô ne




perpé tua dele: é am



ad Lúcem tú am Ange li




tradant, para di si que já =



nu am intro ducant: vt dùm.

cor =



corpūsculum pūlve ri




tra di tur, ad æ terni tā tem




per ducant.

*Convēntus pētat vē-
niam, et ponēdo ar-
ticulos digitōrum in
terra, dicat :*



Domi ne miseré re super



pecca tore. super pecca trice

Pāter

*P*ater noster ? *Minister aspérget se-
pultúram, et postea dicat, Et ne nos ?*

R. Réquiem aeternam dona ei Dñe ?

R. Et Lux perpétua lúceat ei ?

R. A porta inferi ?

R. Erue Dómine ánimam ejus ?

R. Ne trádas Dñe bestiis ánimam ^{tibi.} confitentem ?

R. Et ánimam páuperis ne obliviscáris in fi-
^{nem}

R. Dñe exáudi oratiómem meam ?

R. Et clamor meus ad te véniat ?

R. Dóminus vobiscum ?

R. Et cum Spiritu tuo.

Orémus ?

Absólue Dómine ánimam fámu-
li tui, (*fámula tua,*) ab ómni vínculo
de

delictōrum : vt in Resurrectiōnis
glōriâ, inter sântos tuos resuscitâ-
tus (*resuscitâta*) respiret.

DEUS, cuius miseratiōne ânima
fidélium requiēscunt ? animâbus
